

COR. tetrapetala, compressa. *Limbo* patente, albo; *Ungues* erecti, calycis longitudine, sensim dilatati in Laminam subrotundam patentem.

STAM. *Filamenta* sex, unguibus corollæ paulo altiora, quorum duo quasi longiora.

PIST. *Germen* subrotundum, compressum, corolla altius. *Stylus* nullus. *Stigma* simplex.

PER. *Silicula* ovato-subrotunda, compressa, apice acute sed levissime emarginata: valvulis dissepimento contrariis.

SEM. parva, oblonga, compressa, solitaria singulo loculo.

Color Corollæ albus, Stamina & Germinis fuscus.

Corollæ diutius persistunt albæ; sed color genitalium, mixturam non injucundam efficit.

§8. **LEPIDIDIUM** *nudicaule*, caule nudo simplicissimo, floribus tetrandris. *Linna. Sp.*

Nasturtium minimum vernalis, foliis tantum circa radicem. *Magn. monsp.* 187. f. 186. (*bona, sed rudis.*)

Habitat in campo elevato nudo supra monasterium St. Bernhard, Madriti, primo verè.

Radix simplex, annua, descendens, demum fibrosa, ramosa.

Caulis nudus, simplex, uncialis sæpius vix ultra (scu Scapus radicans, erectus, teres, glaber.

Folia omnia linearia, dentato-sinuata, acuta, procumbentia.

Flores sub florescentia corymbosi, demum elongantur in racemum laxum.

Pedunculi copiosi, erecti, post florescentiam patentissimi.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, deciduum: foliolis subrotundis, obtusis, concavis, patentibus.

COR. *Petala* quatuor, cruciformia, æqualia, patentia. *Ungues* lineares sensim aucti in Laminam obtusam, calyce longiorem.

STAM.